Cyperus

** ~~spiculis terminalibus umbell[illegible] [illegible] effusis~~

umbella composita

castaneus 44 44
49 50 50

\# × × --- umbella radiis elongatis; spiculis terminalibus, ~~long~~ umbellatis.

* ## ~~--- Spiculis terminalibus, umbellatis radiis elongatis~~
digitatis squarrosis
Cyperus spiculis linearibus ~~terminalibus~~, valvulis aristato recurvatis culmis foliisque setaceis.

Cyperus castaneus; Culmo triquetro, umbella composita, spiculis linearibus multifloris, glumis obtusis recurvato-mucronatis, involucro triphyllo longissimo convoluto-setaceo. Willd. spec. pl. 1. p. 280

Habitat in India orientali Röttler. ☉

Radices capillares. Culmi plurimi, digitales, vel palmares, et parum ultra acute angulati ~~trigoni~~. Folia altitudine culmi, convoluto setacea. Involucrum pentaphyllum: foliola setacea; ~~duo~~ tria umbella longiora, duo breviora. Ochreae truncatae. Umbella# radii tres, capillares; longior bipollicaris. Spiculae circiter quatuordecim, patentes, unguiculares vel parum longiores, angustae, ~~ae~~ circiter viginti sex florae: valvulis lineares, obtusae, aristatae: arista recurva uncinata; purpureo-fusca, carina viridi, stria unica prope carinam viridem.

\# simplex

Variat colore dilutiore, Culmo pollicari ~~vel sesquipollicari~~ ~~semipollicari~~, spiculis omnibus sessilibus absque radiis lateralibus, involucris diphyllis. ~~Hanc~~ a Dr Lamarkio habui, qui eum forte cum ~~praecedente~~ #~~sequente~~ ~~squarroso~~ conjungit

\# C. squarroso

Spiculis umbellatis, umbellis contractis
umbellarum radiis elongatis

autumnalis. 2 ~~4~~ Cyperus spiculis linearibus digitato-subternis, umbella involucro ~~subdup~~ diphyllo subaequante.

Scirpus foliaceus pusillus autumnalis, culmo plano utrinque paululum compressum. ~~Clayt in Gron fl. virg~~ capitulis plurimis, panicula laxa, uncia-li, ab apice distantia erumpentibus Clayt. in Gron. fl. virg

Scirpus culmo ancipiti Gron. fl. virg. 10.

Scirpus autumnalis; culmo ancipiti nudo, umbella decomposita foliosa, spiculis ovatis Lin mant. 180.

Scirpus autumnalis; involucro diphyllo; panicula supradecomposita; spicis terminalibus, solitariis, lanceolatis; subtetraquetris Rottb ~~progr. 26~~ gram. 58. t. 17. f. 3.

Cyperus juncoides; culmo triquetro, umbella decomposita, subnuda, spiculis parvis aggregatis serrato-squarrosis, glumis acutis Lamarck illustr. 1. p. 147. fide herbarii ejus

Cyperus complanatus; culmo compresso plano nudo, umbella composita, involucro diphyllo, partiali brevissimo polyphyllo, foliolis setaceis basi membranaceis Wild. spec. pl. 270.

Habitat in Virginia, ~~in India orientali König~~, in Carolina Bosc, in India orientali König.

Facies Junci. Culmi palmares-pedales; penna columbina ~~crassiores~~ tenuiores

~~dnimp~~

triquetri, laeti. Folia culmo breviora; unicum saepe altius, laxa, linearia, margine vix scabra. Involucri foliola interdum umbella parum longiora, interdum unicum semipedale, in minus perfectis speciminibus umbella parum breviora: partialis nulla, nisi squamulae nonnullae subulatae. Ochreae truncatae. Umbella# radii decem – duodecim, longiores tri – quadripollicares: partiales septem – decem, ultima gemina, patentes. Spiculae raro solitariae vel duae, plerumque tres, sedecim florae: valvulae lineari – oblongae, obtusiusculae, lateri ferrugineo; fructiferae patulae. Variat valvulis acutioribus vel obtusioribus, vix tamen mucronatis.

Decomposita

Specimen Americanum a Boscio mecum communicatum, exacte convenit cum speciminibus Koenigii et herbarii Rottbollii, descriptio Linnei in omnibus quadrat ad specimina Indica, ideoque credo quod non differunt. Sic quoque in nullis recedunt a Wildenowii C. complanato. Culmus, nonnisi in speciminibus exsiccatis compressus apparet, et in his siccis probe attenditur prope umbellam angulatus est. Cyperus est nec Scirpus, nam spiculae tam in Indicis quam Americanis Cyperi structura sunt. Certe quod huc quoque pertinet Scirpus carolinianus Lamarckii illustr. 1. p. 142

~~11~~ C: autumnalem ſæpe ſub nomine C: Haſsan miſit Koenigius, et ſingulare est Linnæ-
um, qui ~~procul dubio~~ C: autumnalem multos ante annos a Claytonio vel alio Americæ
ſeptentrionalis botanico procul dubio habuit, in ſecunda demum Mantiſſa ejus mentio-
nem facere; forte oblitus fuit graminis, quod olim ſecundum ſpecimen ex herba-
rio Hermanni hoc ſub nomine deſcripſit, et deinde pro ~~diverso~~ eodem habuit.

Specimen Americanum mecum a Boſcio communicatum ſpeciminibus Koenigii et her-
barii Rottböllii exacte convenit, Linnæi quoque deſcriptio ad Indicum ſpecimen in
omnibus quadrat, ideoque ~~ea~~ ea non differre ~~[illegible]~~ certe credo. Willdenowii
Cyp: complanatus neque in ullis ab hoc recedit, culmus enim in ſpecimini-
bus exſiccatis omnino compreſſus apparet et tantummodo prope umbel-
lam diligenti disquiſitione est angulatus. Forte Sc: carolinianus
Lamarck illuſtr: 1 p 142 huc quoque pertinet. Cyperus est, nec Scirpus,
nam ſpiculæ tam in Indico quam Americano omnino Cyperi ſunt ſtructurâ.

corniculatus Schoenus culmo triquetro folioso, ~~paniculis~~ corymbis alternis compositis laxissimis, spiculis corniculatis aristatis

Lo Mich. T. cni: pag 137.

Habitat in Florida carolina

Rynchospora Caya

non vidi.

Haspan ~~56~~ Cyperus spiculis linearibus digitatis, umbella involucro subdiphyllo subaequante, ~~foliis nullis~~

Gramen Cyperoides maderaspatanum panicula magis sparsa et speciosa Pluk. alm. 179. t. 192. f. 2.

Cyperus maderaspatanus, panicula speciosa ramosissima Petiv. mus. 187. Scheuchz. gram. 389

Cyperus Haspan; culmo triquetro, umbella supradecomposita, spiculis umbellato-sessilibus Lin. fl. zeyl. n. 37. Rottb. gram. 36. t. 6. f. 2.

Cyperus aphyllus; spiculis ~~linearibus digitatis~~ culmo triquetro basi vaginato, umbella subcomposita, involucro diphyllo adaequante, spiculis subternis Ecl. amer. 2. p 6.

Habitat in India orientali König, in insula Trinitatis von Rohr, in Cayenna Richard.

Tam similis praecedenti, ut non differre videtur ~~quod~~ quam quod omnibus partibus robustior est, numero radiorum umbellae et spicularum pluribus. Praecedens saepe a Königio missus fuit sub nomine Haspan, et singulare est, quod ~~Linnaeus~~ Linnaeus, qui verosimile antecedentem ante plurimos an nos a Claytonio vel alio botanico americae septentrionalis habuerit in mantissa secunda primum ejus mentionem fecerit, an oblitus fuerit ~~quod~~

~~Haspan~~ Cyperi

~~gramen quod olim ex herbario Hermanni descripserit et dein diversum pro eadem habue-~~
~~rit.~~

Folia nulla nisi vaginae ~~tres~~ duae – tres; interior ~~pollicaris~~ quinque pollicaris; in ligulam lanceolatam desinentes. Spiculae tres – duodecim.

Ex ulteriore comparatione video quod aphyllus Rohrii omnino convenit cum Haspan Indiae orientalis ideoque conjungo.

~~Tam similis praecedenti ut non nisi differre videtur, quam quod omnibus partibus robustior est, radiis umbellae et spiculis copiosioribus. Antecedens saepe sub nomine C. Haspan misit Königius et singulare est quod Linnaeus, qui verosimile autumnalem verisimile ante plurimos a Claytonio vel alio quodam botanico Americae septentrionalis habuerit primum ejus mentionem in Mantissa fecerit, an aliter facit gramen quod olim sub hoc nomine ~~ex~~ secundum specimen herbarii descripsit et dein diversum pro eodem habuerit?~~

Praecedenti tam similis, ut non differre videatur, praeterquam habitu robustiore et radiis umbellae spiculisque copiosioribus